

Bononien. 4. Maii 1592. (65. Coadjutor Episcopus in Synodo Provinciali debet sedere inter Episcopos Provinciales loco suae promotionis, cum propriis radiis fulgeat; sic rurevit Sacra Congregatio Rituum 20. *Septembris 1596.* pro Coadjutoribus Episcoporum Veronen. et Trident. occasione Synodi Provincialis Aquilejensis. (66. Coadjutor Parochi in absentia Coadjuti in functionibus Parochialibus praecedat Beneficiatos, et recipit eadem emolumenta, quae Coadjuto debentur. Sacra Congregatio Conc. in *Lucana 15. Apr. 1690.* (67. De Coadjutoribus perpetuis Canoniorum, vide verb. *Canonicatus art. 10. per tot.*

(68. Episcopo Titulari Suffraganeo, qualis honor, et praeminentia debeatur in Ecclesia, in qua vice Episcopi Ordinarii functiones Pontificales exercet, innuitur in provisionibus captis a Sac. Congr. Rit. in *Veliterna*, in qua pro parte illius Suffraganei propositis sequentibus dubiis:

1. An saltem aliqui Canonici teneantur eidem Suffraganeo obviam ire usque ad ostium Ecclesiae, ibique ex iisdem dignior Aspersorium porrigere, et in reditu usque ad eandem januam comitari, dum Cappa indutus ad Pontificales functiones obeundas accedit, Antecessoris convivia minime obstante?

2. An eidem Suffraganeo debeatur genuflexorium cum stratu, et pulvinaribus ad orandum ante SS. Sacramentum, dum occasione earundem functionum Ecclesiam ingreditur?

3. An Suffraganeo facienti ordinationes generales in aliquo ejusdem Ecclesiae Sacello (propter impedimentum Altaris Majoris ex causa recitationis horarum in Choro) debeant in eodem Sacello assistere aliqui ex Canoniceis?

4. An dum assistit Concioni Praedicatoris, salutatio ei prius dirigi debeat distincte ab illa Canoniceorum, et Magistratus saecularis?

Sacra Congregatio die 6. Septembris 1698. respondit:

Ad primum, posse de licentia Eminentissimi Decani Episcopi Ostiensis, et Veliterni deferre Cappam, et in hoc casu teneantur duo Canonici ire usque ad ostium Ecclesiae, et dignior porrigat Aspersorium, quo Suffraganeus se ipsum tantum aspergat, et pariter eum associet in reditu usque ad eundem locum.

Ad secundum, in Voto Magistri Caeremoniarum.

Ad tertium, servetur Pontificale cum Missa solemniter in Altari Majori praesente Clero.

Ad quartum, affirmative quatenus sedeat in Presbyterio.

(69. Quia vero in aliis praeminentiis, et iuribus praefatum Suffraganeum excessisse modum Capitulum conquerebatur, eodem tempore per viam reconventionis proponi curavit sequentia dubia:

1. An Suffraganeus Veliternus occasione functionum Episcopaliu[m] solemnium te-

neatur se parare in Sacristia, vel potius paramenta sumere ab Altari, vel in Faldistorio?

2. An valeat deferre Cappam Pontificalem in accessu, et recessu ad Ecclesiam Cathedralis, et quatenus affirmative?

3. An possit sibi deferri facere caudam ejusdem Cappae per alium, seu potius illam deferre teneatur involutam sub brachio sinistro?

4. An similiter possit sibi deferri facere caudam vestis violaceae una cum elevatione fimbriae anterioris in plano pavimenti Ecclesiae?

5. Eidem accedenti ad Ecclesiam porrigi debeat Aspersorium ad januam Ecclesiae per aliquem ex Canoniceis; et an possit Alumnos Seminarii, aliosve circumstantes aspergere, vel potius aquam tantum recipere extremitate digitorum?

6. An possit per Civitatem uti Mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis super vestem nigram interiorem, vulgo Zimmarra?

7. An per Civitatem possit sibi deferri, et elevari facere umbellam sericam viridis coloris?

8. An dum assistit Concioni possit sedere in Sede separata a Canoniceis, vel potius debeat sedere in eodem scamno Canoniceorum, absque tapeto, et pulvinari primus inter illos, in quo habitu?

Quibus Sacra Congregatio eadem supra dicta die respondit:

Ad 1. Si accedat cum Cappa, in Faldistorio; alias in Sacratio.

Ad 2. Jam provisum.

Ad 3. Negative quoad primam partem, et affirmative quoad secundam.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Jam provisum.

Ad 6. Negative.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Dilata.

(70. Episcopus Suffraganeus, quando nomine proprii Episcopi exercet functiones Episcopales, debet habere assistentiam Dignitatum, et Canoniceorum. Sacra Congregatio Rituum in *Bracharen. 21. Febr. 1604.* (71. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet habere assistentiam duorum Canoniceorum ultra Diaconum, et Subdiaconum, qui sunt cantaturi Evangelium, et Epistolam, sicut haberet proprius Episcopus, sed sufficit Diaconus, et Subdiaconus, et unus Canoniceus paratus cum Pluviali ad librum. Sacra Congregatio Rituum in *Caesaraugustana 9. Maii 1606. et in Bracharen. 1. Septemb. 1607.*

(72. Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debent Canoniceis assistere, sicuti assisterent Episcopo proprio, sed in habitu ordinario, et Canonicali; eadem Sacra Congregatio Rituum in *dicta Bracharensi.* (73. Episcopo suffraganeo facienti Ordinationes, vel alias functiones nomine proprii Episcopi, Canoniceis debent assistere in habitu ordinario Canonicali praeter aliquos, qui juxta necessitatem Officii debent accipere paramenta; eadem Sacra Congregatio Rituum in *d. Bra-*

charensi. (74. Episcopo Suffraganeo non tenentur Canonicei obviam ire usque ad cubiculum, sicut tenentur proprio Episcopo venienti ad Ecclesiam, sed satis est, si aliqui Canonicei ei obviam procedant usque ad portam Ecclesiae. Sacra Congregatio Rituum in *dicta Bracharen. 1. Sept. 1607.* (75. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet sedere in Sede Episcopali, sed in Faldistorio; ead. Sacra Congreg. Rituum in *dict. Bracharen.* (76. Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet uti Baculo Pastoralis, nisi in Ordinationibus, et aliis actibus necessariis; eadem Sacra Congregatio Rituum in *dict. Bracharen.* (77. Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debet poni super Altare septimum Candelabrum, sicut ponitur celebrante Episcopo Ordinario; eadem Sacra Congregatio Rituum in *dict. Bracharen.* (78. Episcopus Suffraganeus non dispensat supra Interstitiis, nisi habeat speciale mandatum; neque votum habet in approbatione Ordinandorum, nisi sit ex numero Examinatorum. Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium in *Brixinen. 14. Februarii 1585.* (79. Episcopus Suffraganeus, ubi per Dioecesim pro Pontificalibus exercendis proficisci contigerit, expensas ab Episcopo habere debet; eadem Sacra Congregat. Episcop. in *dict. Brixinensi.* (80. Episcopus Suffraganeus non potest visitare Clausuram Monialium Monasteriorum, nisi sit simul Vicarius Generalis, et ab Episcopo, cujus est Suffraganeus, facultatem Vicarii Generalis, vel aliud speciale mandatum habeat, prout pro Suffraganeis Germaniae declaravit Sacra Congregatio Conc. 17. Junii 1630. l. 4. decr. fol. 3000.

CODICILLUS.

Vide verb. TESTAMENTUM, art. 4, PER TOT.

COEMETERIUM.

ARTICULUS NOVISSIMUS.

SUMMARIUM.

1. Coemeterium quid, et unde dictum. — 2. Coemeterium per Episcopum consecrandum est. — 3. Qui ritus cum ipsa Ecclesiae consecratione coepisse affirmari potest. — 4. Coemeterium tanquam partem Ecclesiae una quasi consecratione cum ipsa consecratur fuisse, innuere videtur Innocentius III. — 5. Coemeterium per solemnem benedictionem a loco profano religiosus efficitur. — 6. Prohibitio negotiationum et cujusvis tumultus in Ecclesiis earumque Coemeteriis. — 7. 8. Coemeteriis tanquam locis religiosis specialis veneratio debetur. — 9. Ex Coemeterii benedictionis formula sat constat, Coemeterium unice benedici ad inhumationem corporum Christianorum. — 10. Admissio in Coemeterio ad ecclesia-

(1. Loca humanis corporibus destinata usitatus et olim et hodie dicuntur Coemeteria a graeco verbo κοιμησις, quod dormire significat; ex eo scilicet, ait Baronius ad ann. 226. quod Fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos, interea in Domino obdormire.

(2. Coemeterium ut corporibus Christia-

(81. Coadjutorem habens in animarum Cura, aut in Canonicatu, tenetur residere in loco Parochiae, et Canonicatus, ut Coadjutoris impediti vices supplere possit. Benedict. XIV. tom. 1. *Constit. 135. Quod inscrutabili* § 28.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(82. De Coadjutoria vide, quae diximus in addit. ad verb. *Canonicatus art. 10.* (83. Hic vero tria, eaque magni momenti sunt notanda. Primum est, quod gratia Coadjutoriae cum futura successione minime valida sit, si consensus detur a Procuratore post obitum Coadjuti. (84. Nec obstat, quod aliud sit gratia Coadjutoriae, aliud futura successio, quia utrumque provenit a legitimo consensu Coadjuti, qui non dicitur adesse dum datur a Coadjutore post obitum Coadjuti. Rota in *Seguntina Archidiaconatus 6. Maii 1726. cor. bon. mem. Cornelio.*

(85. Alterum est, quod in Coadjutore ad tempus qualitates necessariae concurrere debent de tempore gratiae, at in Coadjutore perpetuo cum futura successione possunt intra annum concurrere. Rota in *Monasteriensi Decanatus 9. Junii 1738. § 9. cor. clar. mem. Millin.*

(86. Tertium est, quod Coadjutore effecto impotenti ad servitium Ecclesiae, cessat gratia Coadjutoriae, et ita quidem, ut nec successione in Beneficium pretendere valeat ipse Coadjutor. Plenissime Rota in *Mindonien. Coadjutoriae 2. Decembr. 1732. et in confirmatoria 25 Febr. 1735. coram clar. mem. Aldrovando.*

sticam sepulturam videtur esse species quaedam Communionis. — 11. Hinc est, quod excommunicatis, aliisque, quibus in vivis non communicamus, non tantum sepultura sit neganda; sed insuper per eorum in loco religioso sepulturam locus ipse pollui seu profanari censeatur. — 12. Unde excommunicatorum corpora in Coemeterio Ecclesiastico tumulata exhumari debent. — 13. Coemeteria non secus ac ipsae Ecclesiae asylo gaudent. — 14. Coemeteriorum varia nomina, eorumque significatio. — 15. Coemeteriorum usus apud veteres. — 16. Cadavera in Civitatibus sepeliri per leges vetitum. — 17. Qua de causa factum sit, ut intra civitates indiscriminatim omnibus sepultura concessa sit. — 18. Lex, per quam in regno Neapolitano Coemeteria extra civitates construi jubentur.

(1. Loca humanis deserviat, prius in locum religiosum per Episcopum solemniter erigendum et consecrandum est.

(3. Hujus ritus consecrandi seu benedici Coemeteria videtur etiam Sanctus Gregorius Turonensis de *Gloria Confessorum cap. 106* meminisse; adeo ut consecrationem Coemeterii cum ipsa quodammodo Ec-

clesiæ consecratione cœpisse affirmari possent.

(4. Imo Cœmeterium tanquam partem et appendicem, aut verius aream vel porticum ipsius una quasi consecratione cum ipsa Ecclesia consecratum fuisse, innuere videtur Innocentius III. *tit. de Consecrat. Eccles.* scribens: « Cœmeteria vero in quibus excommunicatorum corpora sepeliuntur, per suorum violentiam propinquorum, reconcilianda erunt aspersione aquæ solemniter benedictæ, sicut in Ecclesiarum dedicationibus consuevit. »

(5. Cœmeterium, per solemnem benedictionem, a loco profano effici locum religiosum, imo tanquam Ecclesiæ appendicem etiam de jure immunitatem localem esse indultam, compertum est.

(6. Ecclesias et Cœmeteria, tanquam loca religiosa juxit Concilium Lugdunense sub Gregorio X. decernens, ut « cessent in Ecclesiis earumque Cœmeteriis negotiationes et præcipue nundinarum ac fori cujuscunque tumultus, omnis in eis sæcularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos criminalis agitetur, sint loca eadem a laicorum cognitionibus aliena. »

(7. Cœmeteriis, tanquam locis religiosis, specialem venerationem deberi, ex pluribus patet, quæ ad eorum decorem et venerationem conducunt. Synodus enim Provinc. II. Cameracensis *tit. 13. c. 6.* statuit: « Cœmeteria diligenter sepiantur et claudantur, nec animalia in eisdem ad pascendum admittantur. » Quod interdixisse quoque videtur Synodus Diœces. Mechliniensis *tit. 11. cap. 16.* ubi statuit, ut « Cœmeteria muris, fossis aut sepibus ita concludantur, ut equis, vaccis, porcis, aliisque similibus animalibus nullus pateat accessus. »

(8. Ita ut profanas omnes actiones Synodi volunt a Cœmeteriis abesse, et generaliter nihil in eis permitti, quod loci religioni ac sanctitati repugnet; ut speciatim colligitur ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. *in c. 2. de Immunit. Eccles.* in 6. quod nominatim de Cœmeteriis loquens statuit, ut cessent in Ecclesiis earumque Cœmeteriis negotiationes, et præcipue nundinarum ac fori cujuscunque tumultus.

(9. Ex ipsius Cœmeterii benedictionis formula, quæ hodie in Pontificali legitur, sat constat Cœmeterium unice benedici ad inhumationem corporum Christianorum: adeo ut summus abusus dicendus sit mos hodiernus promiscue sepeliendi in Ecclesiis.

(10. Admissio in Cœmeterio ad Ecclesiasticam sepulturam, videtur esse species quædam Communionis.

(11. Hinc est quod excommunicatis, aliisque, quibus in vivis non communicamus, non tantum sepultura sit neganda, sed insuper per eorum in loco religioso, sive Cœmeterio sepulturam, locus ipse pollui seu profanari censeatur, eatenus saltem, ut divina Officia ibidem agi nequeant, ne Ecclesia illum ibidem sepultum in sua communione recipere videatur, neque ullus fidelis eo loco sepeliri possit, ne per eam inhumationem

cum excommunicato, ibidem sepulto, cum quo in vivis communicare non poterat, post mortem communicare videatur.

(12. Unde conformiter ad plurimos Synodorum Canones Innocentius III. *in c. 12. de Sepulturis*, respondit: « Si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel alio casu in Cœmeterio Ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterint, exhumari debent, et procul ab Ecclesiastica sepultura jactari. »

(13. Cœmeteria, non secus ac ipsæ Ecclesiæ, hodie ubique asylo gaudent, quia scilicet tanquam loca sacra solemniter ab Episcopo benedicuntur, et humanis fidelium cadaveribus specialiter deputantur; uti latius ostendit Gambacurta, in suo speciali de hac immunitate Tractatu *lib. 4. cap. 3.*

ADDITIONES CASINENSES.

(14. Sacer ille locus, in quo Christianorum corpora sepeliuntur diversis appellari nominibus consuevit, ut *Cœmeterium, Polyandrium*, et etiam *Mausolæum, Dormitorium, Monumentum, Ergastulum, Sarcophagus, Pyramis et Tumulus*. Etymologiam autem Cœmeterii jam per Auctorem explicatam vidimus. *Polyandrium* ille locus appellatur, ubi multa sunt sepulchra publica. Cætera vero nomina unius hominis sepulchrum designant. A celeberrimo illo Mausoli sepulchro inter septem mundi miracula olim connumerato omnia pretiosa sepulchra deinceps *Mausolæa* sunt appellata. *Monumentum* vero nominatur a monendo, quod prætereuntes moneat eos quoque citius ocyus in cineres esse reversuros. *Tumulus* appellatur, quasi terra tumens, id est collis, quod ibi coacervari terra consuevit. *Ergastulum* dictum est per antiphrasim ab ἐργασίᾳ operor, quasi quod in sepulchris corpora minime laborent, sed requiescant, qui in Domino moriuntur. Sic item *Sarcophagus* appellatus est a σάρξ, σαρκός, caro, et φάγω, comedo, quasi istic caro consumatur et comedatur. Dicitur etiam *Pyramis* sepulchrum ejusmodi, quod flammæ habet similitudinem, ita ut e lato in acutum tendat. Est enim altissimum genus sepulture. Tale Romæ visitur, in quo positi sunt cineres Caii Cæstii.

(15. Primitus Cœmeteria tanta Christianorum veneratione colebantur; ut in illis pias omnes et religiosas peragerent actiones; quod tamen verius necessitati tribuendum videtur propriæ consulendi securitati ob ingruentes persecutiones, quibus palam Sacra fieri et ministrari prohibebantur. Vetustiores quidem Episcopos ibi et Synodos congregare, et psalmos canere, et Sacramenta administrare consuevisse docet S. Clem. *l. 6. const. Apost. c. 29.* Et Athanas. *in Apolog.* Convivia quoque fiebant, quæ tamen S. Aug. detestari videtur *ep. 64. ad Aurelium*. Immo uti templa et orationum loca erant Christianis, et Casiod. *lib. 5. hist. tripart. cap. 3.* Cœmeterium oratorium appellat. Itaque cum profani Imperatores persecutionem in Christianos instaurarent, in primis eos a Cœmeteriis

arcere solebant, ne in unum conveniendo facultas esset. *Nullatenus licebit vobis, Emilianus Præfectus Romanus loquens ad Dionysium Episcopum Alexandrinum, nec quibuscunque aliis, conventus agere, aut ea quæ vocantur Cœmeteria adire.* Vide Euseb. *lib. 6. cap. 13. et lib. 7. c. 2.* Ac propterea Christianæ religionis initio complurima construebantur Cœmeteria. Et Romæ in suburbanis quadraginta istiusmodi Cœmeteria recenset Cardin. Baronius ad ann. 226. Et Onuphrius Panvinus *De Cœmeteriis, cap. 12.* Qui etiam observat Cœmeteria non in Urbe, sed in publicis viis extra mœnia extructa fuisse, ut in via Appia, Aurelia, Ostiensi, aliisque compluribus. De quibus cryptis S. Hieronymus elegantissimam habet descriptionem in Commentario ad *cap. 40. Ezechielis*. Ac Prudentius in *Hymno 11. De Coronis*. Adde etiam Baron. ad annum 130. n. 11, qui unum quoddam suo tempore inventum, ac Cœmeterium Priscillæ dictum, egregie describit. Durant. *lib. 1. De Ritibus Ecclesiæ Catholicæ. cap. 23. Beleth. Ration. Divin. Offic. cap. 159.*

(16. Leges etiam vetabant, ne cadavera unquam in civitatibus sepelirentur. *Hominem mortuum in Urbe ne sepelire, neve urito*, lex ferebat apud Romanos. *Lex. XII Tabularum c. 31.* Meminit hujus capituli Cicero in *lib. 2. de Legibus*; rationemque referens, inquit: *Credo vel propter ignem, vel periculum.* Quæ tamen Romanorum leges non semper adeo severæ erant, quin aliquando veluti privilegio concederetur viris magnis sepultura in Urbe honoris causa, ut ex pluribus veterum Scriptorum testimoniis ostendit auctor eruditissimus Franciscus Balduinus in dictam *legem 31. duodecim Tabularum*. Verum cum harum Legum observantia sensim exoleverit, Theodosius Junior ann. 381. per quamdam Constitutionem prohibuit mortuos in Ecclesiis æque ac in Civitatibus sepeliri; idque sive solum cineres, et reliquiæ corporum essent, supra terram urnis clausæ, sive integra corpora sarcophagis detenta, ex iisdem rationibus, quas veteres leges assignarunt, nimirum: *Ut et humanitatis instar exhibeant, et relinquunt Incolarum domicilio sanctitatem.* Atque pœnam imponens, sequitur: « Quisquis hujus præcepti negligens fuerit, atque aliquid tale ab hujus interminatione præ-

COGNATIO LEGALIS.

ARTICULUS NOVISSIMUS.

SUMMARIUM.

1. Cognatio legalis unde oritur. — 2. Cur ita appelletur. — 3. 5. De impedimento Matrimonii ex hac Cognatione provenienti. — 6. Hoc impedimentum a

(1. Cognatio legalis oritur ex adoptione, qua quis liberis naturalibus non habens, alienum sibi in filium adoptat.

(2. Cognatio quam adoptio parit, *Civilis, et legitima, seu legalis*, ad differentiam Cognationis naturalis appellatur *Leg. 4. §. 2. ff. De gradibus*; quia sola lege adoptio nititur, et actus est mere civilis.

(3. Quum autem per legem ideo inducta

cepti ausus fuerit moliri, tertia in futurum patrimonii parte mulctetur: officium quoque quod sibi paret, quinquaginta librarum auri adfectum dispoliatione merebitur. Ac ne alicujus fallax, et arguta solertia ab hujus se præcepti intentione subducat, atque Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus æstimet esse concessam, ab his quoque ita ut a reliquo Civitatis noverint se atque intelligant esse submotos. »

(17. Attamen lapsu temporis, sepultura in Civitates et Ecclesias introducta est. Cum enim post Theodosianam legem Martyrum sepulchra in ipsis Civitatibus permitterentur, privati quoque homines, sive honestum fuerit desiderium, sive *fallax et arguta solertia*, uti appellarat Theodosius, summopere exoptarunt apud Martyrum loca sepeliri, indeque factum est, ut partim pietate, partim æmulatione ac fortasse etiam ambitione, sensim sepulchra urbana invaluerint, donec tandem Leonis Imperatoris constitutione in Novella 53. data fuit plena libertas eligendæ sepulture, vel intra, vel extra Urbem. Inde mos invaluit, longe lateque diffusus et ad hæc usque tempora communiter viguit, mortuos intra civitatum mœnia sepeliendi.

(18. Qui abusus, haud effugit providentiam Siciliarum Regis Ferdinandi IV. qui ann. 1817. de cœmeteriis legem tulit his verbis: « Il costume di seppellire i cadaveri umani in sepulture stabilite dentro o vicino i luoghi abitati abolito fra le più colte nazioni non potrebbe essere ulteriormente tollerato nel nostro regno, senza grave pregiudizio della salute pubblica. » Quibus adductus causis statuerat: « 1. totius Neapolitani Regni civitates, oppida, etc., sibi Cœmeteria extra habitatum constitui debere ad humana Cadavera sepelienda. 2. Ita Cœmeteria disponi, ut nullum detrimentum patiat publicæ salutis, et pium ac religiosum inspicient in mortuorum corpora obsequium et sumorum hominum præclaræ virtutes posteritatis memoriæ tradantur. » Sequuntur inde statuta, quibus Cœmeteria construantur, corpora humentur, ac denique pœnæ, quibus legis violatores mulctentur. Sed per id tempus etiam hujusmodi lex inefficax evasit; atque ad illam implendam nova lege primam plene confirmatam vidimus.

legum auctoritate primum inductum, Ecclesia quoque recepit. — 7. Neque circa hoc impedimentum Ecclesia aliquid mutavit. — 8. Quoad alia. *Remissive.*

sit adoptio, ut is qui natura filius non erat, filius per legem efficiatur adoptanti, consequens visum est, ut nec inter hos, per matrimonii vinculum, alia connexio seu necessitudo intercedere debeat.

(4. Itaque civilis hæc Cognatio impedimentum matrimonii contrahendi inter adoptantem et adoptatam, et generaliter inter omnes personas, quæ per adoptionem

liberorum et parentum loco sunt, induxit, idque, etiam soluta adoptione, per emancipationem. *Leg. 17. et 55. ff. de Ritu Nuptiarum.*

(5. Quod impedimentum ulterius leges extendunt ad adoptatum, et filias naturales adoptantis, quasi jure fraternitatis, quod inter adoptatum, tanquam filium legalem adoptantis, et hujus proles naturales intercedit; hac tamen differentia, quod hoc fraternitatis impedimentum solvatur, soluta per emancipationem adoptione; dicta *Leg. 55. §. 1.* quia post emancipationem (ait) extraneus intelligitur.

(6. Hoc impedimentum a legum auctoritate primum inductum, Ecclesia quoque recepit; ejusque mentio fit apud Gratianum in *Can. 6. caus. 30. qu. 3. et in*

COGNATIO NATURALIS.

Vide verb. IMPEDIMENTA MATRIMONII, artic. 1. num. 28. ad 47.

COGNATIO SPIRITUALIS.

SUMMARIUM.

1. De Cognatione spirituali. *Remissive.* — 2. Affertur casus, in quo contracta fuit Cognatio spiritualis. — 3. Ad Cognationis legalis imitationem et exemplum comparata est Cognatio spiritualis, atque impedimentum ex ipsa profluens. — 4. Hæc Cognatio spiritualis, et ex ea resultans impedimentum Matrimonii nota fuit in Ecclesia Græca sæculo VII. — 5. Hæc Cognatio est ex jure mere positivo, sicut etiam exinde resultans impedimentum. — 6. 7. Synodus Tridentina hoc impedimentum contra jam pridem stabilitam disciplinam in multis restrinxit. — 8. Ex hoc decreto moderna Ecclesiæ disciplina

(1. De Cognatione spirituali. *Vide verb. Baptismus art. 7. per totum;* *verb. Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta Matrimonii artic. 1 a n. 48. ad 59.* quibus adde sequentem hunc casum, qui hic affertur.

(2. Cognatio spiritualis an fuerit contracta in hoc casu dubitatur. Petrus, et Anna Conjuges elegerunt in susceptores in Baptismo filii Andream, et Lauram, sed adveniente tempore Baptismi, audiens Andreas a Petro fuisse electam Lauram in Commatrem, rogavit Petrum, ut illa posthabita eligeret Rosam, replicavit Petrus se id facere non posse citra injuriam; cui responsioni Andream non acquiescente, idem Petrus omnia retulit Parocho, et facta expresse declaratione animi sui, quod nullo pacto intendebat Rosam in Commatrem habere; Parochus consilium dedit, ut ambæ admittèrentur, sed pollicebatur expresse se nullatenus admittendum Rosam ad tangendum infantem. Cui consilio Petrus acquiescens designavit etiam Rosam in Commatrem: ista autem præter intentionem Petri, et promissionem eidem Petro factam a Parocho infantem in actu Baptismi simul cum Laura tetigit. Quæritur an fuerit contracta Comaternitas etiam inter dictam Rosam, et Petrum, an potius solum inter Petrum, et Lauram. Sacra Congregatio in *Aquens. 10. Mart. 1731.* censuit contraxisse etiam cum Rosa, quia fuit designata. Sic ex Sellio refert Barbosa *Collectan. decis. Apo-*

c. unico tit. de Cognatione legali, ubi ex responsis Nicolai I. ad consulta Bulgarorum refertur: « Si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quando durat adoptio inter me et ipsam nuptiæ consistere non possunt. »

(7. Nec legitur Ecclesiam circa hoc impedimentum aliquid mutasse; nec quidquam innovavit ipsa Synodus Tridentina, uti monet Cujacius ad titulum Decretalium *De Cognatione Legali,* qui credit etiam hodie fraternitatem legalem constituere impedimentum dirimens; nimirum, durante adoptione: quemadmodum Legibus constitutum erat, et ipse Nicolaus I respondit.

(8. Quæ adducit Auctor noster quoad hanc Cognationem, vide verb. *Impedimenta Matrimonii, art. 1. n. 61. ad 63.*

metienda est. — 9. Hinc contra dispositionem veterum Canonum hodie valet Matrimonium contractum inter filiam suscipientis, et baptizatum. — 10. Cognatio spiritualis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet extra casum necessitatis. — 11. Ob hanc vero Cognationem conjuges non sunt separandi. — 12. Quæ de Cognatione contrahenda in baptismo decrevit Synodus Tridentina, eadem servari voluit in ea Cognatione, quæ ex confirmatione contrahitur. — 13. Cum non tantum per baptismum quis dicatur regenerari, sed etiam per Sacramentum poenitentiae, hinc creditum fuit, inter poenitentem et Sacerdotem spiritualem quandam Cognationem oriri.

stol. verb. Cognatio spiritualis, n. 10. Vide ut supra cit. verb. *Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta Matrimonii, a n. 48. ad 59.*

ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(3. Ad Cognationis legalis imitationem et exemplum comparata est Cognatio spiritualis, atque impedimentum Matrimonii ex ipsa profluens. Sicuti enim Adoptans adoptatum sibi in locum filii assumit et habet, ita quoque Susceptor, sive Patrinus recipit Baptizatum in filium suum spiritualem, id est, ut illi Patriis spiritualis loco sit, sive ejus curam spiritualem tanquam alter Pater gerat.

(4. Hanc Cognationem spiritualem, et ex ea resultans impedimentum Matrimonii, notam fuisse in Ecclesia Græca sæculo VII. manifestum est ex *Canone 53. Synodi VI. in Trullo,* ubi Patres dicunt: « In nonnullis autem locis cognovimus quosdam, qui ex sancto et salutari Baptismate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus eorum viduis Matrimonium contraherent, statuimus, ut imposterum nihil fiat hujusmodi. Si qui autem post præsentem Canonem hoc facere deprehensi fuerint, ii quidem ab illicito Matrimonio desistant: deinde et fornicatorum poenis subjiciantur. »

(5. Hanc omnem Cognationem, atque exinde resultans impedimentum esse ex jure mere positivo, sat ostendit varia quæ diverso

tempore, et in diversis Ecclesiis circa hæc fuit disciplina.

(6. Synodus quoque Tridentina nullam hic Divinam Legem, quæ impedimentum hoc induxisset, aut ad certas personas expendisset agnoscens, illud contra jam pridem stabilitam disciplinam in multis restrinxit: « Eo quod doceret experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi Matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur; » uti loquitur *c. 2 sess. de reformat. Matrimonii.*

(7. His incommodis occurrere volens Synodus statuit: « ut unus tantum, sive vir, sive mulier, juxta Sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus et una baptizatum de Baptismo suscipiant; et inter ipsos ac Baptizatum ac illius patrem et matrem nec non inter Baptizantem et baptizatum, baptizati que patrem ac matrem spiritualis Cognatio contrahatur. »

(8. Ex hoc decreto modernam Ecclesiæ disciplinam circa Cognationem Spiritualem metiendam esse, compertum est.

(9. Hinc contra dispositionem veterum Canonum, et *cap. 1. tit. De Cognat. Spiritualis,* hodie valet Matrimonium contractum inter filiam suscipientis et baptizatum, uti censuit Sacra Congregatio apud Fagnanum ad dictum *cap. 1. num. 4.* neque ultra personas in decreto antedicto expressas impedimentum extenditur.

COLLATIONUNCULA

Die Jejunii. Vide verb. JEJUNIUM, art. 1. a n. 14. et 41. ad 46.

COLLEGIUM.

SUMMARIUM.

1. Collegium, Universitas, Communitas sunt synonyma. — 2. Collegium unde dictum, et quid sit. — 3. Universitas unde dicta, et quid sit. — 4. Communitas unde dicta, et quid sit. — 5. Ad constituendum Collegium requiruntur tres. Jus autem Collegii conservari potest in duobus, imo et in uno. — 6. At tunc non est Collegium actu, sed habitu, seu virtute. — 7. Istud autem Jus, quod in uno remanet, non retinet pro se ipso, sed pro Collegio. — 8. Adeo ut nomine Collegii, si non potest eligere se ipsum, poterit tamen alium eligere in totius Collegii Prælatum. — 9. Ad constituendam Universitatem sufficienti quinque personæ. — 10. Universitatis nomine censetur Synodus, Concilium, Cœtus, Convectus. — 11. Universitatis Jus propter casus supervenientiam conservari potest etiam in una persona. — 12. Ad constituendam Congregationem sufficienti duæ personæ. — 13. Ad constituendam Familiam requiruntur plures duobus. — 14. Ad faciendam Parochiam sufficienti decem homines. — 15. Ad constituendum Populum sufficienti decem homines. — 16. Item plures, quam decem, vel quindecim faciunt Turbam. — 17. Item Gregem ovium decem oves, Porcorum vero quatuor, vel quinque faciunt. — 18. Collegiata non potest erigi nisi per Papam; ad n. 19. — 20. Adeo ut erectio facta etiam cum reservatione Beneplaciti Apostolici nulla sit, antequam obtineatur. — 21. Sola auctoritate Episcopi Collegiata nunquam potest erigi, sed semper debet recurri ad Papam, qui erectionem concedit, dummodo votum Sacre Congregationis Concilii (ad quam remittuntur

(10. Cognatio spiritualis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet, extra casum necessitatis; quæ Cognatio impedit usum conjugii, saltem donec Ordinarius dispenset.

(11. Ob quam Cognationem tamen Gratianus affirmat, quod mulier a viro suo non sit separanda; quod et de viro similiter oportet intelligi. Et hanc conclusionem secuti Pontifices, ac signanter Alexander III. in *cap. 2. tit. de Cognatione Spiritualis,* respondit: Quod sive ex ignorantia, sive ex malitia, proprium filium de Fonte susceperint, non esse ab invicem separandos, nec alter alteri debitum debere subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci. »

(12. Quæ de Cognatione contrahenda in Baptismo decrevit Synodus Tridentina, eadem servari voluit in ea Cognatione, quæ ex Confirmatione contrahitur; ut scilicet hæc extra confirmantem et confirmatum, illiusque patrem et matrem ac tenentem non egrediatur.

(13. Quum non tantum per baptismum quis dicatur regenerari, sed etiam per Sacramentum Poenitentiae, tanquam per secundas naufragii tabulas, hinc et creditum jam pridem fuit, inter poenitentem et Sacerdotem, spiritualem quandam Cognationem oriri, atque Gratianus ad calcem Canonis 7. « Dicitur etiam spiritualis filia Sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. » Unde peccatum carnis inter illos gravius est, graviusque puniendum.

preces) sit favorabile; quæ regulariter pro concessione solet inclinare, quoties concurrant aliquæ conditiones, quæ assignantur. — 22. Licet Collegiata erectio nequeat fieri de novo ab Episcopo; posita tamen erectione Collegiatae rite facta auctoritate Summi Pontificis, si contingat Collegium delicere ob mortem v. g. Canonicorum, vel aliam consimilem causam, in tali casu reductio Collegialitatis ad actum poterit fieri ab Episcopo, cum hæc non sit erectio. — 23. Quamvis enim desideret esse Collegiata actu, remanet tamen adhuc talis habitu. — 24. Si agatur de Collegiata jam erecta tempore, quo vigeat opinio, ut posset ab Ordinario erigi, tunc similiter judicari debet juxta illud tempus; et non secundum opinionem posteriorem contrariam. — 25. Ex antecedenti enim statu Collegialitatis præsumitur ejus continuatio. — 26. Quod procedit etiam quando agatur de re multum remota. — 27. Status Collegialitatis non dissolvitur nisi tribus modis, qui assignantur. — 28. Nec Collegiata suppressio unquam justificata dicitur, nisi de auctoritate Superioris supremi facta appareat. — 29. Quæ tamen suppressio non inducitur ex Decreto facto ab Episcopo declarante Ecclesiam non esse Collegiatam, sed simplicem Parochialem. — 30. Episcopus sicuti non habet facultatem de non Collegiata faciendi Collegiatam; tanto minus habet facultatem de Collegiata faciendi non Collegiatam. — 31. Uti nec potest Curam suppressimere, ut erigat Dignitatem. — 32. Collegiata Ecclesia, quando non constat de primæva legitima erectione, vel subsequenti privilegio Apostolico, probatur ex conjecturis, indiciis, et enuntiativis. — 33. Conjectura, et indicia potissima Collegialitatis sunt: primo ex in-